



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Parallela Geographiae Veteris Et Novae**

**Briet, Philippe**

**Parisiis, 1649**

§. 8. Electores Imperij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13167**

quitus accipiebant, sed nunc hæc omnia deferuntur Francofurtum. Dicunt & olim Imperatorem recepisse præterea duas alias coronas, argenteam Mediolani in Ecclesiâ S. Ambrosij, aut certè in vrbe vicinâ Monzâ in Basilicâ S. Ioan. Baptistæ, auream demum Romæ apud S. Petrum.

§. 8. *Electores Imperij.*

- |         |   |  |
|---------|---|--|
| ECCLE-  | } | MÖGVNTINVS Archiepiscopus <i>Cancellarius Germaniæ</i> , & Decanus Collegij Electorum; intra mensem Comitia vocat, suffragia legit, primusque iurat, moxque aliorum iuramentum recipit.  |
| SIASTI- |   | TREVIRENSIS Archiepif. <i>Galliæ Cancellarius</i> ; secundùm Bullam auream dare debet i. suffragium, sed id abrogatum est lapsu temporis.  |
| CI.     |   | COLONIENSIS Archiepif. <i>Cancellarius Italiæ</i> , coronam imponit Imperatori.  |
| LAICI,  | } | REX BOHÆMIÆ à poculis <i>l'Eschanfon</i> ; in actibus Imperialibus omnes Reges præcedit, etiam Imperatricem, ramen Comitibus Imperij non interest.   |
| seu     |   | COMES PALATINVS RHENI Archidapifer <i>le Maître d'Hostel</i> . Imperatore mortuo, est Vicarius Imperij in Sueviâ, & Franconiâ; vbi leges Franciæ Orientalis sunt in vsu, nominat ad Beneficia: imò & citat coram se viuum Imperatorem, cùm quis contendit cum eodem. |
| SÆCV-   | } | LARES. ELECTOR SAXONIÆ, Marechallus Imperij, Vicarius Imperatoris mortui, vbi leges Saxonicae sunt in vsu.   |
| LARES.  |   | MARCHIO BRANDEBVRGICVS, Cubicularius Imperij <i>le Chambellan</i> .  |
| VICARII | } | Pocillator Limpurgensis, <i>l'Eschanfon de Limpurg</i> .   |
| ELECTO- |   | Dapifer Valpurgensis: <i>le Truchsés de Vvalpurg</i> .   |
| RVM     |   | Baro Papenheimius, <i>le Baron de Papenheim</i> , Saxonis Vicarius.  |
| SÆCV-   | } | LARIVM. Comes <i>Hohen-Zolern</i> , Brandenburgici Vicarius.   |
| LARIVM. |   | Imperator nihil potest suscipere magni momenti sine Comitibus  |



quæ Diætas vocant, vnde multa existunt incommoda, occasione rei benè gerendæ euanescentibus. Legatur tractatus de constitutione Imperij Romano-Germanici per Iacobum Lampadium Iurifconsultum.

§. 9. De urbibus Anseaticis.

POST Hunnorum in Germaniam inundationes, & piratica Danorum, & Nortmannorum bella, aiunt vrbes maritimas conuenisse, & quæsisse modum, quo commercium tutum redderent. Itaque fœdus inter se inierunt, collatisque pecuniis etiam classes instruxerunt. Quare multa bella gesserunt, & Reges ad pacem compulerunt, interminatæ se iis adiungere qui honestas pacis conditiones admitterent. Porro de hoc fœdere quatuor excutienda sunt, de Nomine, de Prouinciis, de Emporiis, de Capite, & quasi Rectore.

Nondum constat vnde vrbes Anseaticæ NOMEN traxerint. Quidam à voce Teutonicâ *Anzée*, hoc est *mare* deducunt, quoniam vrbes ad mare sitæ sunt, aut ad maiora Flumina, ex quibus facilis ad mare patet aditus. Alij à nomine *Handt*, *Manus*, quia sibi manum vel suppetias offerebant. Alij à veteri voce Germanica *Hansa*, hoc est *assemblée*, citantque versionem noui Testamenti vbi Conuentus Phariseorum dicitur *Hansa*. Quidam denique nomen hoc deducunt à nomine Teutonico *Ansa*, hoc est *immunitas*, quia vrbes illæ multis priuilegiis gaudebant.

Porro in quatuor PROVINCIAS distinguebantur. Prima *Lubecensis*, & omnium caput, cui suberant vrbes 12. quinque *Vandalicæ*, septem *Pomeranicæ*. Secunda *Pruthenenensis*, seu *Gedanensis* de *Dantzic*, vbi vrbes 10. quinque in Prussia, quatuor in Liuoniâ. Tertia *Brunsvicensis*, cum urbibus vndecim. Quarta *Coloniensis*, vnde vrbes vna & triginta pendeant. Summa ergo urbium Anseaticarum erat 64. quæ tamen totidem fœderatas habebant.

EMPORIA quatuor constituta fuerant; *Novogordia* in Russia; *Londinum* in Angliâ, *Berge* in Noruegiâ, & *Brugæ* in Flandriâ; sed procedente tempore loca hæc immutata sunt; nam pro *Brugis* *Antuerpia*, mox *Amstelodamum*, substituta sunt. Ex *Novogordiâ* *Reueliam*, inde *Naruam* translatum est Moscouiticum Emporium.